Universitätsbibliothek Paderborn

Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord. S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium, Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Viennense Scotorum monasterium in Austria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

Visual Library

CAPVT LXXXIV.

Viennenſe Scotorum monaſterium in Auſtria.

BEnedictini monachi, cum Scotam monaſterijs refarciſſent nec Britannicæ inſulæ anguſtijs diutius coërceri poſſent, in Germaniam latè redundarunt, & varijs in locis vt *Viennæ* in Auſtria, *Herbipoli* in Franconia, *Coloniæ* in Vbijs, & alibi liberalitate principum ſuorum popularium ſeminaria excitarunt. *Henricus* certè Auſtriæ Dux anno Chriſti 1121. monaſterium, cenſu lautiſſimo auctum, Viennæ in fauorem Scotorum excitauit, atque edicto cauit, nequis extra Scotos in illo monaſterio vel Abbas crearetur, vel monachus, adſciſceretur vt tradit Ioannes Lesleus Epiſcopus Roſſenſis lib. 6. de rebus Scotorum. 1121.

Eichenbrunnum, in d. Auguſtana.

EXſtructum eſt hoc monaſterium in honorem SS. Petri & Pauli à *Gumberto* domino de Fochberg, eiuſque filio *Chrinone*, idque Calixto II. P. M. anno 1122. confirmante. 1122.

Mellicenſe monaſterium in Auſtria.

FVndatum eſt hoc monaſterium anno 1122. 1122.
non procul à Vienna Auſtriæ atque à Ca-